



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

8. S. Veremundus Abbas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

252 VIII. Martii. S. Veremundi.

Festum S. Veremundi Abbatis  
ex Ordine S. P. Benedicti Regni Na-  
varræ contrà famem Patroni  
Clementissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

**N**E gravaret animam , & affligeret  
conscientiam S. Veremundus, cor-  
pus severè habuit, & quidem adhuc in  
prima sua pueritia. Felix, qui tam citò  
hosti dominatur domestico, rebelli cor-  
pusculo ! hic solus dominabitur gen-  
tium , & omnium passionum. Fili !  
probemus & nos, ut simus ac vivamus  
nobiscum semper in pace , & spirituali  
consolatione.

*Instructio meritoria.*

Unam , vel alteram incommodita-  
tem hodie libenter supportemus , uti &  
patienter. Pro cuius patientia oremus  
15. *Pater, & Ave cum Hymno : Ve-*  
*xilla regis prodeunt.* Vulnus pro vul-  
nere ! jubet Jesus de Cruce.

II.

**E**lectus Vir innocens in Pastorem  
populi mores non mutavit, sanctior  
factus

factus ex dignitate. Inde tanta erga  
subditos prodigia. Honorem ni virtus  
stabilitat, damnat, & præcipitat. Fili!  
nostrâ, quam imposuit Deus, sorte si-  
mus contentissimi. Dabit cœlum me-  
liorem, si nostræ conduxit animæ.  
Patientia!

*Instructio meritoria.*

Ut liceat vivere, & mori in solida  
humilitate, arripiamus Crucifixum, &  
sub suavissima exosculatione recite-  
mus psalmum: *Domine! non est exal-  
tatum cor meum* &c. adjungendô quin-  
que Pater, & Ave. Inspice, & fac se-  
cundum Exemplar! Pati voluit Christus,  
non imperare, & dominari.

III.

**F**Amem ut tolleret à Regno Navarræ,  
quid egit S. Veremundus? Sacris  
operatur: Et ecce! adest columba, &  
circumvolans esurientium capita, satia-  
vit omnia. O quam Deo acceptum est  
sacrificium, si fuerit mundum.

*Instructio meritoria.*

Ut à dulci patria S. Veremundus pub-  
licas adverat necessitates, pestem, fa-

L 7 mem,

254 VIII. Martii. S. Joannis de Deo.

mem, sterilitatem, & belli, ac cœli fulmina, recitemus hodie Lycanias de omnibus sanctis, specialiter nominandō: S. Veremunde! ora pro nobis. Audiunt sancti, & juvant, dum sumus miseri.

Festum S. Joannis de Deo Confessoris, & Ordinis Hospitalitatis Fundatoris zelosissimi.

### EXHORTATIUNCULA I.

**F**illi! in afflictione, in cruce, vel desolatione vivimus? Non contristemur! Hic S. Joannes, quod vocatus sic de Deo, meruit suā fortitudine, & patientiā. Ut & nos simus, & vocemur filii Dei, tollamus crucem, & laudemus in adversitatibus Dominum. Non pigris, non otiosis, sed patientibus dabitur nomen, & regnum filiorum Dei.

### *Instructio meritoria.*

Ut afflictæ, & desolatæ animæ non deficiant in fide, vel à Christo se separant, septem speciales patientiæ actus hodie exerceamus cum S. Rosario Doloso. Quod impeditur misero, impen-

